

probabile). Scriptus est titulus versibus Saturniis (*ut alia aetatis illius monumenta triumphalia, de quibus cf. supra N. 20 adnot., ubi pro Atilio Fortunatiano substituendum Caesii Bassi nomen*), quos supplere temptavit Buecheler *mus. Rhen. 1908 p. 321 seq.* (*cf. etiam Reisch oestr. Jahreshfte 11, 1908 p. 276 seq.*). Ad aliud monumentum eiusdem Tuditani pertinuit titulus memoratus a Plinio l. c. — 1) Apparet Tuditianum etiam cum Tauriscis, Alpino populo, confixisse. — 2) Carnorum nomen hic fuisse coniecerunt Premerstein et Buecheler, probabiliter. — 3) Sic optime Buecheler. — 4) Sic Buecheler in litteris ad me datis (*non multo meliores versus supra N. 4. 20. 3083*), paullo alter *mus. Rhen.* — 5) Triumphavit Tuditianus in ipso consulatu d. 1. Oct. ‘*de Iapudibus*’ (*fasti Capitol., C. I. L. I ed. 2 p. 48 cf. p. 176*). — 6) Aedem, vel dona. — 7) Victor Tuditianus vota solvisse putandus est numini locorum illorum celeberrimo. Ad Timavum sine dubio castra prima posuerat, cum ab Aquileia contra Histros exercitum duceret (*cf. Liv. 41, 1*). *De Timavo pro deo culto cf. supra N. 3900* (*ubi sane alium Timavum significari putat Sticotti Miscellan. in onore di Attilio Hortis Triest. 1910 p. 1044*). — 8) Significari putant restitutionem sacrorum Timavi.

---

8886 [P. Cornelius P. f. Scipio] Nasica legatus . . . Πόπλιος Κορενήλιος] Ποπλίον Νασικᾶς πρεσβευτῆς, ἀρχιερέων<sup>1</sup> . . .

Pergami rep., fragmenta epistylli marmorei (*Hepding athen. Mitt. 1910 p. 483*). Pertinuit ad monumentum a P. Cornelio Scipione Nasica, consule a. u. c. 616, Pergami extructum, cum is, ut invidiae occisi Tiberii Gracchi se subtraheret, sub specie legationis in Asiam secessisset et Pergami potissimum moraretur (*Val. Max. 5, 3, 2; Plut. Tib. Gracch. 21; Pergami etiam mortuus est, Cic. pro Flacc. 31, 75*). — 1) Pontifex maximus fuit Nasica.

---

8887 M. Minucium Q. f. Rufum | imperatorem Galleis | Scordisteis et Besseis | [reliqueisque Thraecibus | devicteis? . . . . .<sup>2</sup>] | dedicavit populus Delphius. (*In alio lapide*) [Μάσηκον Μ.]νύκιον Κοιτων ντὸν Ρούγον στρατηγὸν ἀνθύπατον Ρώματ[ον, νική]αντα τὸν πρόδ[ο]ς | [Γαλάτας Σ]χορδίστας [καὶ τὸν πρόδος Βέσσους | [καὶ τὸν λ]οιποὺς Θράτ[ι]κας πόλεμον, ἁ πόλις | [τῶν Δελφῶν] ἀρετᾶς ἐν[επεν] καὶ εὐεργεσίας τᾶς | [εἰς αὐτὰ]ν Ἀπόλλωνι.

*Delphis* rep. a. 1894 extra murum orientalem areae sacrae, versum postremum inscriptionis Latinae postea in ipsa area sub tripode Gelonis repperit Bourguet (*I ed. 2 n. 692* cum imagine photographica vv. 1—3 quam misit Holleaux. A. I. Reinach bull. de corresp. hellén. 34, 1910 p. 306. 328; Bourguet *ibid. 35, 1911 p. 173*. Primus ediderat Perdrizet *ib. 20, 1896 p. 482. 483*, versum postremum dedicationis Latinae addidit Pomtow *Berliner philol. Wochenschr. 1909 p. 796*. In inscriptione Latina puncta eandem triangulorum formam habent, quam supra N. 4047. Supra inscriptionem Latinam litteris minoribus legitur: Μενεκράτης καὶ Σώπατρος Θηβαῖοι ἔποιησαν, sed eum titulum aetatis antiquioris esse, vel potius restitutum ex antiquiore, et spectare ad dedicationem nunc deperditam statuit Pomtow; sub inscriptione Latina inter annos fere 654 et 664 a. u. c. incisa sunt duo decreta Delphorum ad homines privatos Graecos pertinentia, cf. Pomtow l. c. p. 797 not. 4. — 1) Consul a. u. c. 644, ‘proconsul adversus Thracas prospere pugnavit’ (*Liv. epit. 65*), ‘ex Scordisci triumphavit’ (*Vell. 2, 8 cf. Flor. 1, 39. Eutrop. 4, 27, 5*), anno ut videtur 648 (*cf. C. I. L. I ed. 2 p. 49. 53*). Eodem sine dubio tempore frater (natu maior) et legatus eius Q. Minucius Delphis posuit titu-